

NOTAS Y TEXTOS

GLOSAS AL «DIES IRAE»

Esta famosa secuencia, atribuida a Tomás de Celano, el biógrafo de San Francisco de Asís, ha sido traducida muchas veces a las lenguas cultas y glosada, como suele acaecer en semejantes casos (tal, v. gr., con las coplas de nuestro Jorge Manrique). Una de esas glosas, preciosa por su corte y sus ideas, se halla en el códice 6.539 de la Biblioteca Nacional de Madrid, folios CXLIII-CXLIII. El manuscrito es un devocionario del siglo XV, parte en latín, parte en romance, No hemos podido averiguar si el texto, de que hablamos, se ha publicado ya, aunque lo juzgamos inédito. Dice así:

De penis reproborum.

Cum reuoluo moriturus,
Quid post mortem sum passurus,
Terret me terror venturus,
Quem expecto non securus.
Terret me dies terroris,
Dies ire et furoris
Dies ultrix peccatoris.
Expauesco quidem multum,
Iudicis uenturi uultum,
Cui latebit nil occultum,
Et manebit nil inultum.
Et quis quaeso non timebit,
Quando iudex apparebit,
Ante quem ignis ardebit,
Peccatoresque delebit?
Veniet iudex de celis,
Testis verax et fidelis,
Veniet et non sibilebit,
Iudicabit, non timebit.
Iuste quidem iudicabit,
Neque personas acceptabit,
Precio non corrumpetur
Sed neque precibus fletetur.
Iudicabit omnes gentes,
Et saluabit innocentes.
Arguet vero potentes
Et deliciis affluentes.

Tunc omnes delicati
Valedicent uoluptati.
Et qui uacant uanitati,
Euanescant condemnati.
Quid tunc faciet peccator?
Quid nunc corporis amator?
Et quid agere ualebit
Cui nil agere licebit?
Siquidem tunc apparebit,
Quidquid fecit non latebit.
Tandiu quisquam pauebit,
Donec sciat quid habebit,
Pro dolor tunc penitere,
Nulli poterit ualere.
Et peccata tunc lugere.
Nichil erit nisi flere.
O quam graue quam immite
Tunc sinistris erit: ite.
Quando dextris: vos uenite;
Dicet rex largitor uite.
Tunc spes omnis interibit,
Et cras prorsus peribit.
Ad tormenta quisquis ibit,
Iam amplius non exibit.
Ibi flammis exuretur,
Et a uermi corrodetur.

Et suppliciis affligetur
 Qui saluari non meretur.
 O quam impii tortores
 Tunc torquebunt peccatores,
 Et terribiles ultores
 Vindicabunt prouos mores,
 Pro dolor tunc misereri,
 Et doloribus mederi.

Nullus poterit mereri,
 Postquam cepit torqueri.
 Ab hac deprecor tortura
 Et ab hostium pressura
 Tu nos libera tam dura
 Rex celorum in secula seculo-
 rum, Amen.

De gloria beatorum.

Cum reuoluo diligenter
 Quod post mortem subsequenter.
 Stabunt iusti confidenter,
 Iam delector congaudenter.
 Appropinquat enim dies
 In quo iustis erit quies.
 Tunc dulcis ihesus affectu
 Et dulcissimus aspectu
 Sic loquetur de effectu
 Omnis carnis in conspectu;
 Vos in me qui credidistis,
 Et qui mecum permansistis,
 Ecce regnum quod sponendi
 Et quod actenus abscondi.
 Nunc uidete, nunc habete,
 Nunc regnate, nunc gaudete.
 Tunc electi mirabuntur,
 Et mirantes letabuntur;
 Exultantes respondebunt,
 Et laudabunt quem uidebunt.
 Deo gracias agamus
 Cernimus quod sperabamus.

Fruimur quod optabamus
 Deo gracias agamus.
 O quam dulce, quam iucundum
 Erit nunc odisse mundum.
 O quam triste, quam amarum
 Habuisse mundum carum.
 O Beati nunc lugentes,
 Et pro Christo patientes,
 Quibus seculi pressura
 Regnum dat spe mansura.
 Ibi iam non erit metus,
 Neque dolor, neque fletus.
 Non egestas, non senectus,
 Nullus denique defectus.
 Ibi pax erit perhennis,
 Et leticia solemniss.
 Flos et decus iuuentutis
 Et perfectio salutis.
 Quem expecto, quem requiro,
 Ad quem anxius suspiro. Amen.

Z. GARCÍA VILLADA.

PARA LA BIOGRAFIA DE FR. LUIS DE LEÓN

Entre los cargos hechos a Fr. Luis de León en el proceso inquisitorial que se le siguió de 1572 a 1576, figura el de haber traducido en romance el *Cantar de los Cantares*. «Item—decía el licenciado Diego de Haedo en su acusación de 5 de mayo de 1572—, que el dicho Fr. Luis de León... profanando los dichos *Cantares*, los tradujo en lengua vulgar, y están y andan en poder de muchas personas a quien él los dió, y de otras, en la dicha lengua de romance».